fem non defuturam,

Dux interim in Urbe ut apud gubernatorem contra Illuminati causam diutius agitasset, nec per exilium nec per carceres nullo alio modo obesse potuisset contra eum infami Hæreseos Crimine apud Cardinalem Ill.mo Vicarium prosecutus est, testes etiam per Aulæ præfectum proprios habuit convocavitque quippe ipse Illuminati hostes, ut ipsum ad sanctum officium accusarent oravit se rem gratissimam facturos præcipue urbi procuri. Ipsi quamvis infensissimi essent hostes et omnes Illuminati interitum optassent tanto tamen sceleri ab initio animum applicare haud potuere, ipse tamen Illuminatum iniurijs excipiendo et scelere scelus augendo conatur ad flagitium periuros homines præsertim ut Ducentos coronatos unicuique plures se daturum pollicebatur offerret, sic vendidit hic animam pretio et ut tota res securiorem sortiretur exitum apud ducem eos adduxit qui adhuc novis terroribusque persuasionibus eos saltim ad Cardinalem Vicarium urbis ut secum venirent oravit. Renituerunt equidem diu tamen Cardinalem accesserunt apud quem etiam negarunt diu se non habere quod contra Illuminatum afferre possent. Ipsius tamen et precibus eum aliquid scire eos audiverat ad [illegible] Illuminatum tanquam hæreticum Necromantam et falsarum opinionum inventorem accusarunt. Acceptatæ fuere à [illegible] iudicibus contra Illuminatum delationes, et scriptæ compilatusque adversus eius mores tam magnus mendaciorum processus ut [illegible] denunciatus fuerit, dignusque à [illegible] congregatione iudicatus qui tanquam [illegible] carceres protruderetur. Addebat scriptis duas mirabiles contra Illuminatum querelas quibus adeo excanduerat iudicum animus ut eum velut flagitiosissimum hominem ad pœnas, et scelestorum hominum exemplum quamprimum præ manibus necarent. Cætera etiam omnia quæ conceptam in horum mentibus opinionem roborare poterant addiderunt varijs artibus et technis eludendo iudices, ut nihil pernitiosissimæ captioni deesset.

Dum hæc in urbe pertractarentur brevissimo itinere advenere Romam Lyncæi cum Principe. Ubi humaniter satis Cæsius ab utroque parente receptus, Cæterique Lyncæi primo rerum intuitu omnia prospera sperabant. Dux quamprimum Illuminatum assueto more ad se vocavit et pluribus cum horis apud se more antiquo continuit, sequentibus itidem diebus repetijt. ut nihil esset unde suspicari posset. Attulit uno die nescio quam [illegible] cartulam ut eam eleganti caractere in proprio cubiculo describeret. Illuminatus nihil suspicans mali exscripsit eam hanc etiam [illegible] denuo exhibuit,